Ad actum ad quem alii vocati erant procedere et qua hora debet vocati comparere vide ple(nius) per do(minum) an(tonium) de elec(tione) c(apitulo) cum nob(is) olim in se(cun)do ad xm vii col(umna)

Uniuersitas et capitulum si constituit sindicum licet in instrumento non exprimatur nomina singulorum si dicatur talis uniuersitas vel tale capitulum constituit talem sindicum ut constitutio sit et appositum sigillum uniuersitatis vel capituli hoc operatur auctoritas sigilli Sic no(tat) jo(hannes) an(dree) in addi(tione) spec(uli) in ti(tulo) de sin(dico) § i v(ersiculo) eciam si in aliquo Idem si non est sigillum appositum sed apponitur nomen decani ut si dicatur decanus et capitulum constituit etc. Nam etiam peritia admittit eciam Romana Sic do(minus) jo(hannes) an(dree) de hiis que fi(unt) a pre(lato) quando ... indistincte dicat quod non est necessaria expressio nominum Ita non tempore in pace constantie ... de de Vide bar(tolus) in l. i de albo scri(bendo) qui distinguit inter uniuersitatem magnam et paruam ut primo casu exprimi debeant 2o non vide omnino contra consilio 99

Uniuersitatis maior pars si quid facit aliis non vocatis non valet bar(tolus) in l. nulli in fi(ne) ff quod cuiusque uniuersitatis

Uniuersitas vel collegium si non habet familium debet conuocari per antiquiores in collegio et si vocati non vadunt potest procedere ad actum ad quem vocati sunt Sic no(tat) inno(centius) de ma(ioritate) et obe(dientia) c. i et bar(tolus) de al(bo) scr(ibendo) in alii de consuetudine Et data potestas conuocandi non do(minus) an(tonius) in dicto c. de ma(ioritate) et obe(dientia) Cessante autem consuetudine dato vel statuto non videtur quod per unum possit uniuersitas vel collegium nisi sit maior dignitate vel ordine ut episcopus vel senior ... do(minus) an(tonius) de elec(tione) c. cum nob(is) olim in concilio ad primum vii col(umna) in ve(rsiculo) ... ad xm ix col(umna) Et si omnes sunt pares non potest eorum pars aliam partem conuocare nisi vocantes sunt due partes totius uniuersitatis vel collegii ut no(tat) id(em) do(minus) an(tonius)

Uniuersitas que congreganda debet vocari omnes maiores xviii annis sue sunt masculi siue femelle seu femine et tutores minorum et filiifamilias habitantes seorsum a patre non Sic inno(centius) et ... de no(vi) ope(ris) nun(ciatione) c. cum ex iniuncto in fi(ne)

Uniuersitas tunc demum tenetur ex delicto si omnes de uniuersitate vel maior partem commiserit quam precessit communis eorum deliberatio de committendo illud delictum alias si deliberatio communis non precessit tenentur ut singuli non ut uniuersitas sic bar(tolus) in l. aut facta § fi(ne) ff de pe(nis) qui pro hoc allegat textum in l. sed si § ... in sepulchro ff quod vi aut clam Et glo(sa) in l. aliud § refertur de re(gulis) iuris ff In dic(it) quod eciam si non precessit deliberatio tenet uniuersitas eo quod omnes de uniuersitate vel maior pars fecit quia in nomine uniuersitatis fecisse videatur et censetur et intelligitur Et iste est textus in dicto § refertur Et ff de muneri(bus) l. quod maior nec aliquo ... casu quod talis communitatis consilium requiratur non obstat quod si in se put(atur) quia ibi loquitur in pluribus delinquentibus quia non constituebant aliam uniuersitatem Quod patet ex textu qui dicit quod vocat

consilio et deliberacione